

*De clade Variana vicissitudinis
rerum humanarum. Exemp.*



X 1884687

*Vicissitu
nes Imper
rum. Cl
Variana*

**RES
ADVERSAS ET SECUNDAS
ROMANO-GERMANICI
IMPERII**

PROXIMIS ANNIS NOTABILES
ORATIONE EXPOSITURI
BONOS,
PATRONOS, ET CULTORES LITE-
RARUM, QVO SUI COPIAM SIBI FA-
CIANT, DECENTER ROGANT

JOH. GEORGIUS, L. B. in RAGKHNITZ, &c.
ET
JOACHIMUS CHRISTOPHORUS BOSE,
EQVES MISNICUS,
INTERPRETE

M. JOH. VALENTINO MERBITZIO, DRESD.
SCHOLÆ PATRIÆ CONRECTORE.

DRESDÆ,
TYPIS VIDUÆ ET HÆREDUM BERGENII.



Vicissitudines rerum quæ observat, cuncta orbis in modum verti videt, eoq; velut illustri quadam imagine declarari, nihil in his terris stabile reperiri, quæ ipsæ quidem mutationibus gaudere, quin recreari videantur.

*Ipsa vices natura subit, variataq; cursu
Ordinat, inverfis & frontibus explicat*

*Non semper fluidis adopertus nubibus
Aurea terrificis obcæcat sidera nimbis:*

Cessat hyems, madidos & siccat vere capillos:

*Ver fugit æstates: æstatum terga laceffit
Pomifer autumnus, nimbis cessurus & undis.*

Hæc tamen naturali quæsi lege fieri attendens, pulchro ordine, quo se invicem excipiunt, delectatur, eorundemq; principio, divina videlicet voluntate placidè acquiescit. Quæ verò arbitrium humanum in causarum consortium admittunt, sunt quæ magis sollicitum animum relinquunt, & earundem in per investigatione deficientem, summam in admirationem, extra se veluti abreptum, conjiciunt. Quod si errori, vel infirmitati etiam ortum debeant, varios animi dolores gignunt, affectibus enim nulla carent, quæ ceu umbra corpus suum nunc præcedunt, nunc insolubili nexu consequuntur. Anxia namque mens semper habet, in quo periclitetur, quantum ingenii vis polleat, in illis vel corrigendis, si quæ admittunt emendationem, in his promovendis aut avertendis, si non superant potestatem homini tributam & concessam. Fatorum nempe, Stoica dicta nolim, sua quoque lex est, quam ut singula venerantur, sic intervertere nec novit humana ratio, nec magistrum affuisse intelligit, nisi peractis omnibus, quæ talem quidem finem habitura non videbantur. Huic certè plurimum tribuendum in illis est, quæ summa imperia concernunt, horum beatitudinem promovent, aut infelicitatis causæ nominantur: ut cum fastigium illa fermè prætergressa putes, continuo concidant. Confirmant id seculorum exempla omnium, quam verum sit, quod de uno, Alexandri scilicet, Seneca prodidit; inter maximum & prope nullum imperium unam noctem interfuisse. Quod procul dubio Scipionem movit Africanum, ut carmen emendans, quod solenni precatone præfari moris erat, Populi Romani res ampliores Dii facerent, orare juberet, perpetuo eas uti factas tectas tuerentur.

Omnia nempe verti cernimus, atque alias assumere robora gentes, concidere has.

Sed ut in viam redeam, è gestis plerumque prudentiores quæ damnatum dederint videmus, perperam fatali alicui rerum ordini tribuenda. In pauca rem collaturus notam omnibus Varianam cladem ex antiqua historia proferam, in qua summi autores vim fatorum agnoscunt & incusant. Alia hujus mali, ex iisdem autorum scriptis, origo tradi potest, quæ succreverit: ingenium Ducum, hoc in bello gerendo mirè inter se diversum. Germanorum quidem juvenem, genere nobilem, manu fortem, sensu celerem, ultra barbarum ingenio promptum, militiæque Romanæ aliquandiu comitem Vellejus prædicat. Vari contra mollitiem, socordiam, segnitiam, securitatem, & quæ Ducis non est, in gerendis rebus cæcitatem Vellejus & Tacitus

haud

haud obscure notant. Simile quid contingit, quoties præclaris viris è medio sublatis, inepti, mali & perfidi eorum in locum subvehuntur, quibus pulchrum judicatur, sollicitatos se ab hoste ad prodenda consilia, & in virilis gloriæ suæ titulis numerandum. Quid, quando sua in viscera gens furit, domesticis infidiis laborans externa negligit? quomodo discordes Germanos Tacito autore, non semel Romani Germanis devicerunt. Ipsimet proh! dolor vidimus, ut ne ex ultima historiæ memoria dictis fidem conciliem, unde sint orta mala, quæ propè ad evertendum Imperium Romano-Germanicum conspirasse dicebantur. Numquid fata sunt, quæ nexa suis currunt causis? quas utrum Poëta expresserit, Germaniam inducens, lectori iudicium committo.

<i>Nomine sum totum Germania nota per orbem,</i>	<i>(arte;</i>	<i>Imperiale caput, cui vel natura paratissimum</i>	<i>(cuiusque</i>
<i>Marte potens, fœcunda solo, subtilis & Ipsa suis per me legionibus anxia cæsis</i>	<i>Roma sub Augusto tremuit, &c. (armis,</i>	<i>Obsequium defert, contra legesque de- In plebem, Imperii Proceres, & in oppida plenum</i>	<i>(probetur.</i>
<i>Nemo meis sumptâ nisi clade recessit ab Egregiosque tuli variâ de gente triumphos.</i>		<i>Non habet imperium, quod jure & more Arma parant hostes, proceresque furore subacti</i>	
<i>Qui causam rescire cupit? pulcherrimus ordo</i>	<i>(benis.</i>	<i>In Majestatem violati Cæsaris audent, Immemores fidei, patriæque sui que movere,</i>	
<i>Imperium & rectis mens una regebat ha- Precipue positum caput alto in culmine</i>	<i>(nebat,</i>	<i>In mea sanguineum vertentes pectora ferrum.</i>	<i>(nove</i>
<i>Jura dabit reliquos, & fortium sepius re- Armipotente suos confirmans robore jus- sus.</i>	<i>(omne</i>	<i>Sic ego, quæ vario quondam sublimis ho- Entui, jaceo nunc sorte miserima versa:</i>	<i>(gentis,</i>
<i>Sed vice nunc versa discordia corpus in- Sevit Imperii, legesque infregit avitas.</i>		<i>Quæque tremor fueram vicina & gloria Nunc moveo risum, & nostri sum dedecus ævi.</i>	

Moerorem fanè induxit & excussit lacrymas, quisquis tam graviter afflictam vidit rem communem, ubi privata agi, & hujus lucrum illius salute majoris haberi cœpit. Archimedis speculo similem quis dicit genium principis, Magni, sed quo facinore, posterius judicent, qui tanta vi polleat, ut non carinas in portu, sed corda mortalium in pectore ustulet, noxiamque vim in partes orbis omnes undique diffundat. Asia testis est, suâ sede, at suo damno mota, non Syracusii senis arte, quæ movendo terrarum globo sufficeret, sed auro excita & evocata, excitativo sc. ut Politicis dici video, cui qui terras regunt ipsi parent. Nunc expergefacta gravi veluti somno & excusso veterno, antiqua virtus, remotis internis discordiis, externæ injuriæ modum fecit, finem cum Deo iusto tempore datura. Ut enim altas ad ripas nostras, radices egisse videatur malum, quod malè habet, qui rectè sentiunt de Patriæ libertate, eas tamen vires nondum acquisivit, quas inveterata metuat gloria Germanorum, justis armis, nunquam dolo pugnare solita. Cuncta inquit Tacitus, mortalium incerta sunt, quanto quis plus erit adeptus, tanto se magis in lubrico versari profitebitur. Idem erat, quod Cyro Croesus: imprimis discito, humanarum rerum circulum esse, qui rotatus semper eosdem fortunatos esse non sinit. Quin ad capiendum fanio-

FA Th 1448

faniorā consilia abire jussit fusus toties in Hungaria Barbarus, castris exutus, suisque mœnibus ejectus, cui si nihil aliud amici, hoc certè referant acceptum; didicisse se, Germanus armatus quàm sit metendus. Ecquis verò dubitet, tantis victoriis suo vigori restitutum Imperium nostrum majoribus cum Deo cœptis vires colligere, eaq; meditari, non solum, quæ metum hostibus incutiant, sed & malè parta benè restituere sibi cogant.

Hoc ipso tamen de argumento plura dicere me vetat par sine pari è juventute nostrâ lectum, *Illustris nempe & Generosissimus Dominus, DN. JOHANNES GEORGIUS, L. B. in RAGKHNITZ, DN. in Perneck, S. Ulrich, Ober-Marpurg & Ober-Kinberg / &c.* nec non generis antiquitate, propriâque virtute *Nobiliss. atq; Perstrenuus DN. JOACHIMUS CHRISTOPHORUS BOSE, in Schleinitz, Eques Misn.* qui virium suarum periculum facturi, hoc sibi è multis elegerunt, quo de orationem præsentibus Patronis, doctissimorum virorum in corona publicè & memoriter habendam quisque conscriberet, quâ fortunam utramque, quam proximo decennio expertum est Romanum Imperium exhiberent. Vitæ nempe, non scholæ discimus; cujus tantò rectius habere debent rationem, quos natalium splendor regimini præ cæteris destinavit, aut regentibus olim adesse jussit, & intelligere voluit, omni se aliquando curâ & cogitatione in Rempubl. debere incumbere: quod felicius utique præstiterint, si maturè artibus Politico necessariis se accingant. Maçte hoc animo *Illustris Baro*, maçte inquam, & quod laudabiliter cepisti iter, constanter perge. Hoc Illustris. Parens tuus, hoc Majores factis inclyti tenuerunt, & quævis summa consecuti sunt. Pietas ista tua, quâ avitum zelum & verbi divini amorem exprimis, nihil non dignum tuo fastigio promittit. Puer recitasti; *Labor improbus omnia vincit: tum, nihil tam altè natura posuit, quò non virtus possit eniti.* Non eò dicta velim, quasi animum tuum frangi metuam; quotidiana incauto excidisse putes, simul tamen te admonitura, quanta post laborem, superatis sc. tantis molestiis & difficultatibus, præmia sis consecuturus: amara è radice dulcissimos omninò fructus. Tu quoque, *Nobilissime Bose*, virtutis viam, quam ingressus, tene, ne utiqvam patere, ulliste voluptatum illecebris averti. Habes exempla tuorum tibi proposita; hæc ceu speculum intueri jubeo, ut porrò cursum vitæ omnem rectè constituas. Sic ex Academiis, quò jam bono voto comitatus abis, tanquam mercatu bonarum artium, quas ad comparandas solidè instructus es, si Deus, quod precamur, vitam largietur, reducem te habebimus, omni copia abundantem, tuâque non minus felicitate, quam dotes, utiq; non vulgares spondent, gaudebimus. Rerum enim benè gerendarum & consilium & facultas nunquam deest Deo confidenti. Vos quibus optima quæq; curæ sunt, favete conatibus Optimorum, cras Deo volente II. pomeridianâ nostro in Auditorio dicturis adeste, & plausu vestro juvate quæso industriam summa & præstantissima molientium. Hoc ipsi beneficio affecti operam navabunt, gratiam tantam, benignitatem, & studium erga se, pro virili demereri: ego verò officium, operam, laborem & diligentiam, quantum potest, sanctè polliceor, perrecturus labore cepto, si favor probantium non destituat. Dabam 14. Octobr. 1685.

SS(O)SS

WMA MC.



Vicissitudines rerum quæ observat, cuncta orbis in modum verti videt, eoq; velut illustri quadam imagine declarari, nihil in his terris stabile reperiri, quæ ipsæ quidem mutationibus gaudere, quin recreari videantur.

Ipsa vices natura subit, variataq; cursu Cessat hyems, madidos & siccat vere capillos;

Non semper fluidis Aurea terrificis ob-

Hæc tamen nam se invicem excipi licet voluntate plin in causarum commum relinqvunt. mam in admirati si errori, vel infir gignunt, affectibus nunc præcedunt, que mens semper leat, in illis vel co promovendis aut tributam & conce qvoque lex est, qu vit humana ratio, bus, quæ talem qu plurimum tribuer horum beatitudin ut cum fastigium Confirmant id sec de uno, Alexandri nullum imperium Scipionem movit precatione præfar cerent, orare jubere

Omnia nempe verti
Sed ut in viam mnum dederint y enda. In pauca r ex antiqva historia agnoscunt & incuf origo tradi potest,

gerendo mirè inter Germanorum quidem juvenem, genere nobilem, manu fortem, sensu celerem, ultra barbarum ingenio promptum, militiaeque Romanæ aliquandiu comitem Vellejus prædicat. Vari contra mollitiem, fœcordiam, segnitiem, securitatem, & quæ Ducis non est, in gerendis rebus cæcitatem Vellejus & Tacitus haud

*tes: æstatum terga laceffit
umnus, nimbis cessurus &
undis.*

s, pulchro ordine, quo principio, divina vide- arbitrium humanum magis sollicitum ani- one deficientem, fum- n, conjiciunt. Quod varios animi dolores umbra corpus suum vuntur. Anxia nam- tantum ingenii vis pol- emendationem, in his t potestatem homini oica dicta nolim, sua c intervertere nec no- git, nisi peractis omni- ebantur. Huic certè imperia concernunt, s causæ nominantur: continuo concidunt. yam verum fit, quod t maximum & prope Quod procul dubio ndans, quod solenni res ampliores Dii fa- s tuerentur.

prægentes, concidere has.
prudenter quæ da- i rerum ordini tribu- us Variam cladem utores vim fatorum em autorum scriptis, ucum, hoc in bello

